

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

6. Inter graves, &c. Bulla Censurarum in singulos de Consilio, & Interdicti  
generalis in Ducatum Mediolanensem ob occupationem Ecclesiarum, &  
aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, & fructuum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

ANNO  
1509.

JULIUS SECUNDUS.

dictis litteris noluimus non obstat, contrariis quibuscumque, seu si aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indulatum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum indulti hujusmodi mentionem.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo Quingentesimo sexto, Pridie Cal. Aprilis, Pontificatus nostri, anno tertio.

D. de Comitibus.

V.  
Ex Arch.  
Reipub.  
Genev.

Bulla ad Populum Gebennensem, pro receptione CAROLI ad Episcopatum, anno 1509.

JULIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Populo Civitatis & Diocesis Gebennensis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

**H**odie Ecclesia Gebennensis, tunc certo modo, quem haberi voluimus pro expreso, pastoris solatio definita de persona dilecti Filii Caroli Electi Gebennensis, nobis & fratribus nostris, ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratribus eorumdem Consilio Apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi praefecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiae sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committingo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus &hortamur attente, vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus eundem Carolum Electum, tanquam Patrem & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, & debita honorificentia prosequentes, ejus monitis & mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse Carolus Electus in vobis devotionis Filios, & vos in eo per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo Quingentesimo nono, Nonis Novembri, Pontificatus nostri anno sexto.

Ge. de Prato.

VI.  
Ex Mifell.  
Bibliot.  
Cafanat.  
Tom. 141.  
in 4to.

Bulla Censurarum in singulos de Consilio, & Interdicti generali in Ducatum Mediolanensem ob occupationem Ecclesiarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticoaum, & fructuum corundem sequestrationem seu distributionem in laicali abusu è potentia factas, anno 1510.

JULIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

**I**nter graves sollicitudines & curas, quibus pro pastoralis Officii & Apostolicae servitutis debito continuo premimur, una est, ut defensioni & custodiae Ecclesiarum, beneficiorum & bonorum, ac fructuum, & redditum eorumdem continuo vigilemus, ac ne perverforum temerariis aufibus à Laicis, quos Clericis infestos oppido tradit antiquitas, fructus, & preventus praediti, qui inter cetera pro servitio Ecclesiarum, & pro sustentatione Ecclesiastici statutis, & dignitatibus, & Ministrorum eius provide à SS. Patribus statuti & ordinati sunt, occupentur, & dissiperent, omnibus remedis, & juris auxilio opportune prohibere, quod tanto periculosis negligitur, quanto exinde turbatio, & confusio Ecclesiastici Status & Ordinis de facili caufaretur, & auctoritas minueretur, cum Spiritualia sine tempo-

ralibus diu esse non possent; Ordo etiam rationis expoicit, ut iustitiam cuilibet praesertim Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinalibus, qui in partem follicitudinis nobiscum assumpti sunt, & aliis Ecclesiasticis Praelatis, & Personis ministrenus, & open, ac operam efficaces exhibeamus, ut Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac dignitatum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum auctoritate Apostolica vel alias in titulum vel commendam commissorum possestionibus, & illorum fructuum, & preventum perceptione, sublatis quibuscumque obstaculis & impedimentis, quiete & pacifice gaudent, & ne illis priventur, omnibus juris remedis, ubi etiam perverforum audacia exiget, vibrato Apostolicae potestatis mucrone per censuras Ecclesiasticas providere. Sane sicut non sine gravi animi nostri displicientia accepimus, dilecti Filii Carolus de Amboina Dominus temporalis de Ciamonte, seu de Calidomonte, ac pro charissimo filio nostro Ludovico Francorum Rege in Ducatu Mediolanensi Gubernator Magnus Magister, nec non ipsius Regis in Parlamento, seu Consilio Mediolanensi Consiliarii nuncupati, nescitur quo nisi maligno ducti Spiritu, & non considerantes, quod Laicis super ipsos Cardinales, ac Pontificali dignitate praeditos, ac alias Personas Ecclesiasticas, eorumque Ecclesias, Monasteria, ac beneficia Ecclesiastica illis commissa, illorumque redditus & preventus hujusmodi, nulla est attributa jurisdicione potestas, fructus, redditus & preventus non nullorum, Ecclesiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, Prioratum, Praepositurarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, que ipsi Cardinales, ac Praelati, & Personæ Ecclesiasticae in titulum, commendam, vel administrationem aut alias etiam ex concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in Ducatu & Dominio Mediolanensi obtinent, eorum auctoritate, immo verius temeritate propria, & de facto in manibus Laicorum sequestrare, & partem illorum in propriis usus convertere, & dissipare presumperunt, & in Animarum suarum periculum, divina Majestatis offensam, Apostolicae Sedis Auctoritatis contemptum, Ecclesiarum damnum, ipsorumque Cardinalium, Praelatorum, & Personarum Ecclesiasticarum grave prejudicium & jastram, perniciem quoque exemplum, ac scandalum plurimorum. Nos igitur, ad quos supra alios pertinet Ecclesiarum jura defendere, & tueri, ac similes excessus etiam per eosdem in eisdem Ecclesias, Monasteriis, & beneficiis Ecclesiasticis alias impuniti commissos, & perpetratos, ac dictorum praesumptorum, & temerariorum ausus corrigere, ac Cardinalium, Praetorium, & Personarum Ecclesiasticarum, jura & libertates defendere volentes, dictos Praesumptores, nisi ad Cor reversi resipuerint, tali plectere penam, ut in posterum à similibus abstineant, siveque alii in exemplum, & tandem metus penam sit meta malorum, dictorum Cardinalium, & Praetorium, & aliarum Ecclesiasticarum Personarum querelis & lamentationibus permoti, nomina, cognomina, titulos Cardinalium, qualitates, nobilitates, & praeminentias praesentibus pro expressis habentes, aequitate & iustitia id nobis suadentibus, ex nostra certa scientia, & matura deliberatione præhabita, praefatos Carolum Gubernatorem, & Magnum Magistrum, ac omnes & singulos Dominos de Parlamento, seu Consilio Mediolanensi nuncupatos, cujuscumque dignitatis, nobilitatis, & praeminentiae & conditionis existant, nec non dictorum Fructuum Sequestratores & Custodes, Distributores, five Dispensatores, ac eis auxilium, consilium, vel favorem directe, vel indirecte, quovis quæsito colore praestantes, in virtute suæ obedientie, ac sub penis infra scriptis, quas contrafacientie, ipsi facto incurre volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium monemus, quatenus

II ANNO  
1510.

insta duodecim dierum spatium post publicationem praesentium in locis infra scriptis faciendum computandorum, quorum quatuor pro primo, & quatuor pro secundo & reliquo quatuor dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica affligamus, sequestra, & arresta predicta tollant, revocent, ac revocari & tolli faciant, & permittant, & ablatos fructus, vel ipsorum justam extimationem restituant, ac ipsos Cardinales & Praelatos, ac Personas Ecclesiasticas ad perceptionem integrum omnium, & singulorum fructuum sequestratorum, & arrestatorum hujusmodi respectivè restituant, & reponant, ac ipsos fructus, redditus, & preventus eis percipere pacifice permittant, ac de illis eisdem Cardinalibus, & Praelatis, ac Personis, seu eorum Procuratoribus a tempore dicti sequestri, seu arresti, & ablationis, vel eorum justa extimatione integre respondeant & responderi faciant. Alioquin lapsus dictis duodecim diebus tam illos, quam eis auxilium, vel favorem præstantes, ex nunc prout ex tunc & econtra, majoris excommunicationis sententia innodamus, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice præterquam in mortis articulo constituti, absolviri non possint. Si vero per alios novem dies dictos duodecim dies immediate sequentes, quorum tres pro primo, ex aliis tres pro secundo, & reliquos tres pro ultimo & peremptorio termino affligamus, dictam excommunicationis sententiam animo indurato sustinuerint, & mandatis nostris effectualiter non paruerint, sententiam ipsam aggravamus, ac ex nunc prout ex tunc Mediolanensem, Papensem, Parmentem, Cremonensem, & alias Civitates, terras, castra, oppida, & loca Ducatus Mediolanensis hujusmodi, ac sub gubernio D. Caroli in Lombardia constituta, ac quae in illis sunt Metropolitanas Cathedrales, ac alias Ecclesiæ, Monasteria, ac Religiosa & pia loca quæcumque, ubi dictæ Ecclesiæ Cathedrales, vel aliae dignitates & beneficia, ac quorunvis Ordinum Monasteria, & Prioratum hujusmodi sequestrata, situa & posita fuerint, & generaliter omnia loca, etiam extra Italianam, ad quæ ipsos excommunicatos declaratos declinare, & in quibus ipsos scienter stare permitti contigerit, dicta auctoritate simili modo generali Ecclesiastico subjecimus interdicto, ita quod illo durante in illis etiam præterius cuiusvis etiam Apostolici indulti personis, ordinibus, vel locis concessi, præterquam in caibis a jure permisis, ac etiam in illis alias quam januis clausis, ac excommunicatis & interdictis exclusis, nequeant Missæ, & alia divina officia celebrari, decernentes, illud stricissime fore observandum, donec ibidem fuerint, & post miduum eorum inde discessum, necnon monitos excommunicatos, & reaggravatos predictos omnes & singulos dignitatibus & honoribus, etiam Doctoratus, sive Magistratus, in quibus constituti existunt, & tam ipsos quam Civitates, Castra, Oppida, & loca predicta omnibus privilegiis, & indultis, etiam studii generalis concessionibus, & gratiis, dignitatibus, honoribus, quibus utuntur, & gaudent, seu munita sunt, nec non bonis omnibus quæ in feudum, vel emphyteosum seu alias a Romana, vel aliis Ecclesiæ, monasteriis, beneficiis, & locis Ecclesiasticis obtinent, penitus privamus, dictaque bona feudalia, & emphyteutica, & alia ab Ecclesiæ obiecta, ad Dominos suos reverti debere, ita ut de illis liberè disponere possint, & si aliquis ex monitis excommunicatis, & reaggravatis predictis Clerici seculares, aut Regulares, quovis modo beneficiari, & in Sacris Ordinibus constituti fuerint, illos Praelaturis, administrationibus, & regiminiibus, ac omnibus & singulis Ecclesiæ, Monasteriis, Dignitatibus, Personatis, & Prebendis, cæterisque beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinent, ac Ordinibus, etiam Sacerdotalibus, ad quos promoti forent, sine ulla spe restitutionis privatos esse decernimus, & ni-

hilominus Venerabilibus Fratribus nostris Sipontini, Dirrachieni, & Sedunensi, ac universis, & singulis aliis Archiepiscopis, Episcopis, & Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum Ecclesiæ Praelatis, Capitulis & personis aliis Ecclesiasticis, etiam quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium Religiis exemptis, & non exceptis ubique locorum constitutis, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus præmissa omnia, & singula, ubi, quando, & quoties exceptis fuerit, ac pro parte Cardinalium, & Praelatorum, & personarum Ecclesiasticarum predicatorum fuerint requisiti, in Ecclesiæ, & aliis locis sollemniter publicantes, Carolum, Magnum Magistrum & Consiliarios Viros de Parlamento Mediolanensi nuncupatos, ac omnes & singulos predictos, quos constituerent præsentium vigore monitos non parvile, excommunicatos, privatos, & inhabiles, præfataque Mediolanenses, & alias Ecclesiæ, Monasteria, Civitates Dominii Mediolanensis, ac illius & alia ad quæ eosdem monitos, excommunicatos, privatos, & inhabiles pro tempore declinare, & in quibus scienter stare permitti contigerit, ut prefetur, loca Ecclesiastica supposita interdicto publicent, & denuncient, ac ab aliis publicari, & denunciari, & hujusmodi interdictum firmiter observari faciant, & procurent, donec sequestrum, seu Arrestum hujusmodi revocent, & fructus restitucent, ipsique Cardinales, Praelati, & Personæ Ecclesiastice, seu eorum legitimi Procuratores in pacifica possestione Ecclesiæ, Monasteriorum, Prioratum, Praepositurarum, & aliorum beneficiorum suorum, & ad integrum perceptionem fructuum hujusmodi realiter, plenariè, & integrè polisti fuerint respectivè, & induci, ipsique sic excommunicati privati, & interdicti meruerint abolitionis, ac hujusmodi interdicti relaxationis beneficium obtinere. Contradictores, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, per censuras Ecclesiasticas compescendo: Et infuper ut praesentes litteræ ad notitiam monitorum predicatorum facilius pervenire valeant, cum ad illos de præmissis certiorandos, personaliterque monendos tutus non pateret accessus ob illorum potentiam, volumus, & mandamus, easdem literas vel ipsarum transumpta autentica, cum manu publici Notarii, sive praefati Archiepiscopi Sipontini subscriptis, quibus fidem adhiberi volumus, in Bononiensis, Mutinensis, aut Imolenis Ecclesiæ circum vicinorum locorum, de quibus verisimilis conjectura sit, quod ad ipsos monitos possit defacili pervenire, valvis affigi, quas post affixionem hujusmodi eosdem monitos perinde arctare decimus, ac si eis præsentialiter & personaliter intimare essent, & intimarentur: Non obstantibus constitutionibus & orationibus, nec non quibuscumque privilegiis, & indultis Apostolicis, eisdem excommunicatis, privatis, & interdictis personis, Ecclesiæ, Monasteriis, Civitatibus, terris, & locis concessis, per quas effectus præsentium perturbari, aut alias quomodolibet differri posset, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quæ etiam si de illis coram totis tenoribus specialiter specifica, & expresa mentio præsentibus habenda foret, eisdem excommunicatis, privatis & interdictis, quod præmissa volumus aliquatenus suffragari, cæterisque contrariis quibuscumque. Seu si excommunicatis aggravatis, & interdictis personis, Ecclesiæ, Monasteriis, Civitatibus, & locis praefatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisiim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, & privari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi, ac eorum nominibus, cognominibus, dignitatibus, qualitatibus, & ordinibus mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ monitionis, assignationis, innodationis, aggrava-

tionis,

tionis, subjectionis, decreti, privationis, manda-  
ti, & voluntatis infringere, vel ei auctu temerario  
contraire. Si quis autem hoc attemptare præsum-  
perit, indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-  
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se nove-  
rit incursum.

Datum Bononiæ, Anno Incarnationis Domini-  
ce, Millesimo Quingentesimo decimo, Septimo  
Idus Octobris, Pontificatus nostri, anno septimo.  
Sigismundus.

VII.  
Ex Mif-  
cell. Bi-  
bliothe-  
Cafanar.  
Tom. 141.  
in 4to.

Bulla declarationis incursus censuram & poena-  
rum contentarum in Bulla privationis Alphonsi  
Estenfis, tunc Ducis Ferrariae, contra Magnificum  
D. Carolum de Ambosia, de Ciamonte  
Magnum Magistrum, & nominatum contra re-  
liquos Capitanos, & Dux Exercitus Chri-  
stianissimi Regis Francorum, & generaliter con-  
tra omnes, qui in defensionem & auxilium  
D. Alphonsi Estenfis, contra S. D. N. & S. Rom.  
Ecclesiæ militant, & ejus Terras & loca ho-  
stiliter invaserunt, & deprædati sunt: anno  
1510.

## JULIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

**D**ecet Romanum Pontificem, ex divina tradita  
sibi potestate, pœnarum spirituum, & tem-  
poralium pro meritorum diversitate dispensatorem  
constitutum, pro animarum salute, in eos qui  
monitionum suarum, & mandatorum Apostolico-  
rum transgredores, ac censuram, & Apostolica  
auctoritas, & Clavum contemptores existunt, de-  
bet animadvertere, & acrius insurgere, ne tales  
sic damnati, & contemptores dati in reprobum  
sensum eorum exemplo alios decipiant, & in er-  
rorem, & ruinam fecum trahant, ac eorum par-  
ticipatione, ex conversatione alios Fideles infici-  
ant, & contaminent, necnon ad ipsorum damna-  
torum confusionem, quam formidabilium censura-  
rum, & pœnarum rei existant, ad omnium alio-  
rum publicam, & certam notitiam deducere, &  
declarare, ad hoc ut ipsi sic declarati, & publicati,  
confusi, & compuncti ad cor reverti, & saluti  
propriae consilere valeant, & alii eorum exemplo  
discant a similibus abstinere, & ab eorum excom-  
municatorum, & anathematizatorum prohibita  
conversatione, & participatione, & obedientia  
se subtrahant, ut divinam ultionem evadant, &  
eorum damnationis participes non existant. Sanè  
licet nuper iniquitatis filium, & perditionis  
alumnum Alfonsum Estensem suis excessibus,  
erroribus, & nefandis delictis, per eum perpetra-  
tis exigentibus, majoris excommunicationis, &  
anathematis sententiam, perjurii & Sacrifigii reatus,  
ingratitudinis, rebellionis, & Læzæ Majestatis  
crimina, damnabiliter incidisse, omnibus & sin-  
gulis indulgentiis, remissionibus, tolerantiis, gra-  
tias, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus  
in Vicariatu, & Ducatu Ferrariensi, aliisque  
Feudis, Locationibus, Honoribus, Dignitatibus,  
etiam Confalonieratus, Civitatibusque, Terris, ac  
castris, oppidis, fortalitiis, locis, juribus, juris-  
dictionibus, & bonis quibuscumque, quæ quovis  
modo obtinebat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi  
quomodolibet competebat, ac propter iniquitates  
reiteratas, ingratitudines, ac delicta ejusdem Al-  
phonfi, omnes & singulos ejus ex quondam Her-  
cule ex Marchionibus Estenibus, Frates germanos,  
aliros eorum familia existentes, etiam  
in præmissis, seu eorum aliquibus, vel ad illa jus  
habentes, & habere pretendentes, quorum nomi-  
na & cognomina, ac qualitates pro expressis ha-  
beri volumus, ac omnium eorum Posteros, &  
Successores quoquaque prædicto, & omni Suc-  
cessionis jure in perpetuum omnino privatos, ac

inhabiles, & indigos ad illa, & quælibet alia si-  
milia, vel dissimilia impostorum obtainenda, &  
quoslibet actus legitimos exercendos, Civitatesque,  
Castra, Oppida, Terras, Fortalitia, loca, &  
alia omnia prædicta confiscata fuissent, & tunc fore,  
ac à prædictis privationis, & inhabilitatis penitus  
neminem ex familia sua, etiam prætextu minoris  
ætatis, aut sexus excusari, seque tueri posse,  
quominus pœnis hujusmodi omnino irretiti, &  
innodi censerentur, de Venerabilium Fratrum  
nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium  
Consilio pariter, & assensu, ac de Apostolica  
potestatis plenitudine, ac ex certa nostra scientia  
declaraverimus, ac sententiando privaveri-  
mus, & inhabilitaverimus, dictosque Ducatum,  
& Vicariatum Ferrariensem, cum omnibus Civiti-  
tibus, castris, oppidis, & feudis, quæ à dicta  
Romana Ecclesiæ quomodolibet obtinebat, cum  
omnibus iuribus, & perimentiis suis, ac omni integritate ad dictam Romanam Ecclesiæ legitime de-  
voluta, ac reversa fore decreverimus. Universis  
quoque Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baro-  
nibus, Domicellis, Feudatariis, & Vassallis, ac  
alii quibuscumque, etiam præfatae Romanæ Eccle-  
siæ non subjectis, districte præcepimus, & man-  
daverimus, ne extinc in ante ad stipendia dicti  
Alphonfi, aut ei faventium militare, seu eorum  
Stipendia capere, vel ad Stipendia hujusmodi, seu  
alias cum eis se, vel suos armigeros, & sequaces  
locare, eisque etiam prætextu cujuscumque protec-  
tionis, confederationis, & Ligæ, quominus  
dictum Alfonsum debite punire, & castigare va-  
leamus, Consilium, auxilium, vel favorem quo-  
quomodo præstare audenter. Quinimò si qui tunc  
cum eisdem militabant vel in ejus auxilium, vel  
favorem venerant, infra certum tunc expressum  
terminum, ab ipso Alfonso, eisque obsequiis, au-  
xilio, & Stipendiis, omnino recederent, quacun-  
que obligationis, seu protectionis & defensionis  
formula, quæ obligati erant, non obstante, ac in  
omnes & singulos ea eis, qui contrâ mandatum  
nostrum hujusmodi facere, vel etiam venire tem-  
pstant, quoque modo per se vel alium, seu alios  
directè, vel indirectè dicta excommunicationis  
majoris, anathematis, maledictionis, & privatio-  
nis, & inhabilitatis, necnon in Terras, Domi-  
nia, & loca eorum si qua haberent, seu eos ha-  
bere contingere interdicti, ac in eos, & eorum  
descendentes, privationis dignitatum, dominiorum,  
Feudorum, & bonorum, ac privilegiorum,  
gratiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, nec  
non inhabilitatis ad illa, ac bonorum confiscatio-  
nis, sententias, censuras, & pœnas, extinc prout  
ex eadem die, promulgaverimus, eosque illas abs-  
que alia ulteriori monitione post literarum nostra-  
rum defuper concessarum publicationem, & noti-  
tiā incurre voluerimus eo ipso, aliasque, &  
alia fecerimus, prout in dictis nostris literis defu-  
per confessis, quarum veriore tenorem præsen-  
tibus haberi volumus pro espresso, quasque ut  
ad Alfonfi, & aliorum monitorum, & privato-  
rum, ac sub eisdem literis comprehenforum noti-  
tiā deducerentur, in certis tunc expressis locis  
affigi, & publicari iustimus, & fecimus, ac volu-  
mus, ut illos literæ illico post affixionem prædi-  
ctam perinde arctarent, ac si eis eodem literæ per-  
sonaliter intimatæ forent, prout in dictis literis  
plenijs continetur. Cum autem, sicut non sine  
gravi animi displicentia accepimus, iniquitatis fi-  
lius Carolus de Ambosia, qui pro Gubernatore  
Ducatu Mediolanensis, nomine charissimi in Christo  
filii nostri Ludovici Regis Francorum Christianissimi,  
necnon Galeatius, & Marcus Antonius Pal-  
avicini, Theodorus, Georgius, & Alexander de  
Trivultio, Dominus de Montison, Dominus della  
Pelliza, Bajardus Dominus Dembrecort, ac Do-  
mini de Conti, de Bernia, de Satiglione, de  
Fontragli, & Desfojis, necnon Joannes Tuardus,  
Aloysius de Arsi, & Badinus, ac alii, qui ac-